

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. II. Vtrùm actus voluntatis bonitatem aut malitiam sumat à  
circumstantiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

## Quae sint circumstantiae actuum humanorum. Sect. I. 425

dentia circumstant, & quasi vektiunt, sicut albedo, frigus & alia hujusmodi circumstant corpus, quod non constituent.

**III.** *Singularium circumstantiarum natura declaratur.*  
Quis, personam denotat, vel agentem, vel pati-  
mentem, quoad accidentalia scilicet, ut sacra sit an  
profana &c. Quid effectum significat quoad quanti-  
tatem, & alia hujusmodi, ut si furtum fuerit in  
magnâ vel parvâ quantitate. Vbi, locum innuit, ut  
sacer fuerit necne. Quibus auxiliis, media & instru-  
menta significat, quibus rem illam quis executus  
est. Cur, finem denotat. Quomodo, agendi modum  
insinuat, ut num casu an sponte, majore vel mi-  
nore libertate, & alia hujusmodi. Quando, tempus  
designat, ut utrum die festo, item per breve vel  
longum tempus duraverit actio, &c.

**IV.** *Pradiuia circumstantias variis à variis accipiuntur.*  
Hic tamen notandum circumstantias hasce aliter  
& aliter à diversis accipi. Aristoteles namque eas  
sumpsit, non ut circumstantias accidentales, &  
quidam adjuncta, sed ut substantiae actionum  
humanarum, cuius indicium est, quod ex earum  
ignoratione aiebat actionem reddi involuntariam.  
Inò prout eas hodie Theologi usurpat cum  
S. Thoma 1. 2. q. 7. art. 3. nonnullæ ex iis, licet sint  
planè accidentiales actui ipsi, possunt tamen  
alii alteri esse essentiales, seu de illius substantiâ:  
sic quod calix sit sacer, est furo accidentale, sacrifi-  
legio tamen est essentialis, utpote essentialiter il-  
lud constitutus.

**V.** *Debet esse circumstantia morale, & supponere actum moraliter elicere.*  
Ad hoc verò ut sint circumstantiae, non sufficit,  
quod eadem actio naturaliter seu materialiter sine  
iis clici potuisse, sed ut sint circumstantiae Morales,  
supponere debent actum non quomodocunque,  
sed moraliter elicitum, aliquo non erunt circum-  
stantiae, sed de substantiâ actus moralis, cum sine  
iis, licet actus esset, non tamen esset moralis. Sic  
exempli gratiâ nōvit aliquis solere se in ebrietate  
committere homicidium, & tamen vult scinebri-  
re, circumstantia illa homicidii secuturi est merè  
circumstantia respectu ebrietatis, cùm non minus  
se inebriari sit, licet non occurret ei circumstan-  
tia homicidii: unde hæc circumstantia non est de  
substantiâ actus se inebriandi, sed merum accidens,  
etiam prout inebriatio est actus moralis.

**VI.** *Altius modus declarandi quæ ratione sunt circumstantiae.*  
Circumstantia exparsa adiutorijs.  
Actus secundò posset, ideo esse circum-  
stantias, quia licet una aliquâ ex iis ablata non ma-  
neret idem numero actus moralis qui nunc est, es-  
set tamen alius numero distinctus, quod sufficit  
ut illa circumstantia non censeatur de essentiâ seu  
substantiâ actus Metaphysice sumptâ, sed solum  
Physice & sicut individuatio non censem actus de  
essentiâ hominis. Quod fortè clarius explicatur  
dicendo esse de essentiâ actus Physice, non moraliter.  
Ex his verò circumstantiis quedam tenent  
se ex parte actus, ut intentio, libertas, &c. aliae ex  
parte objecti, ut rem esse sacram: quod accurate  
notandum pro sequentibus.

### SECTIO SECUNDA.

#### Vtrum actus voluntatis bonitatem aut malitiam sumat à circumstantiis.

**I.** *Actus bonitatem & malitiam sunt à circumstantiis.*  
DICENDUM, actum voluntatis internum  
elicitem bonitatem & malitiam desumere  
non ex objecto tantum, sed etiam à circumstantiis:  
ita Valquez d. 57. cap. 2. Coninck disp. 3. de acti-  
bus dub. 14. Salas & alii. Et de malitia quidem  
facile probatur conclusio: si enim res sit facta, que-

R.P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. 1.

farto auferitur, non est merum furtum, sed sacrile-  
gium: idem est de loco sacro & similibus.

De bonitate major est difficultas: probatur ta-  
men, & (ut omittam actum imperantem qui ali-  
quid bonitatis refundit in imperatum ut vidimus) *Libertas, dignitas*  
libertas est circumstantia tenens se ex parte actus, *personæ, re-*  
que tamen, ut supra ostensum est, mutari potest *militare re-*  
manente eodem naturaliter actu. Idem est de dig- *fundit in*  
nitate persona quæ valorem refundit in actum, *actum,*  
eumque reddit moraliter meliorem.

Quares quo pacto circumstantia dent novam  
speciem bonitatis & malitiae? Questio procedit de  
specie morali non Physicâ, multe enim actiones  
Physicæ diversæ specie, non different specie mora- *Actions va-*  
lis quæ phys-  
ica differunt  
specie, sunt  
enīdē spe-  
cies morali-  
tatis.  
Econtrā occidere Clericum & Laicum, comedere  
carnes feria quintâ & sextâ, accedere ad prop-  
riam vel alienam, sunt actiones eiusdem plane  
speciei Physicæ, & tamen sunt diversæ speciei mo-  
ralis. De hac ergo bonitate & malitiâ praesens  
procedit questio.

Quando itaque circumstantia variet speciem  
actus, vel novam addat, non potest generalis regu-  
la assignari. Universum verò dici potest id tunc  
contingere quando circumstantia illa superaddita  
facit ut actus sit contra aliquam aliam virtutem, ut  
ablatio rei sacræ extrahit actionem illam extra nu-  
dam rationem furti, & facit sacrilegum, seu con-  
tra reverentiam Ecclesiæ & rebus sacris debitam.  
Idem etiam contingit quando intra eandem speci-  
em latè sumptum notabiliter facit actum differre in  
ordine ad disformitatem cum rectâ ratione: hoc  
pacto injustitia in famâ, vitâ, & bonis diversum  
constituit specie peccatum injustitiae: & sic de  
aliis.

Actus verò, qui ratione aliquijs circumstantia,  
quæcumque demuin illa fuerit, transiret de venia-  
li peccato in mortale, esto sit eiusdem speciei Phy-  
sicæ, est tamen diversæ speciei moraliter, nam in  
ordine ad judicium hominis prudentis, actus ille  
censemur moraliter specie diversius ab alio, vel etiam *Circumstantia adiuta de veniali peccato trans-*  
à seipso, ut in aliis circumstantiis, quia reddit ho- *tale, variat*  
minem simpliciter dignum odio Dei, & poenâ exter-  
nâ, privat gratiâ, & alia hujusmodi, cum antea  
nihil horum præstaret. Unde non circumstantia  
solum loci, personæ, temporis, & alia similes va-  
riant speciem moralem actus humani, sed etiam  
multum & parum, seu magna & parva quantitas  
varian hoc sensu speciem actus: sic peccant ho- *Sola major*  
mines subinde etiam graviter quod nimium edant *quantitas*  
& bibant, cùm tamen moderatus usus cibi & po- *mutat inter-*  
tus nullum omnino sit peccatum, & aliquis in his *dum speciem*  
excessus sit peccatum tantum veniale, qui excessus *natur.*  
licet intemperante essentialis, actui tamen illi  
morali secundum se spectato est circumstantia,  
ut dictum est Sectione præcedente, numero  
quarto.

Dices circumstantiam novam adjectam non ad-  
dere novam speciem, nec enim illam addit Physi-  
cæ, cùm sit idem actus Physice qui antea, nec mo- *Peculiaris*  
raliter; ad hoc enim ut sit nova species moraliter, *difficultas*  
esto hic & nunc cum altera specie identificetur, *quo pacto*  
debet tamen aliquando possit ab ea reperi separa- *circumstan-*  
tia mutato, *possit speciem*  
rata, & apta per se ad reddendum actum malum;  
sed hoc frequenter non contingit; adulterium enim  
reddit novam speciem à fornicatione ex circum-  
stantia conjugis aliena, & tamen nunquam reperi-  
ti potest adulterium solum sine fornicatione: idem

N n 3

et de

est de sacrilegio seu ablatione rei sacrae, quæ non  
quæ reperi potest sine furto.

## VII.

*Furtum & sacrilegium habent se-  
cundum & inclusum.* Respondeatur nihilominus posse circumstantiam addere novam speciem, in modo aliquando realiter distinctam ab altera, ut in exemplis proxime positis ostendi potest; quando enim quis auferit rem, sciens eam esse sacram, ita ut voluntas non feratur in illam circumstantiam, tunc inquam, furtum & sacrilegium dici possunt distinguiri realiter saltem tanquam includens ab inclusu, furtum enim præcise dicit ablationem illius rei, sacrilegium vero ultrius addit circumstantiam rei sacrae, sive & furtum includit, & aliquid ei superaddit.

## VIII.

*Ad mutan-  
dam spe-  
ciem sufficiet  
quod una  
malitia per  
invincibilis  
ignorantiam  
separari pos-  
sit ab aliâ.* Ubi vero sunt idem omnino actus, ut quando quis intendit accedere ad alienam, in hoc, inquam casu circumstantia conjugis alienæ addat novam speciem non requiritur vel separabilitas vel distinctione, sed sufficit quod ratione distinguatur, & quod saltem per invincibilem ignorantiam una malitia distinguiri possit ab aliâ, ut si quis invincibiliter existimat fornicationem simplicem non esse peccatum, adhuc tamen in casu praedicto committeret peccatum adulterii, ergo hoc saltem modo sunt hæc species separabiles.

## SECTIO TERTIA.

*Argumentorum quorundam solutione  
ostenditur quomodo circumstantie  
bonitatem aut malitiam  
refundant in actus.*

## I.

*Dubibus mo-  
du expliqari  
potest S. Tho-  
mas, dum  
negare vi-  
datur actu  
internum  
desumere  
bonitatem  
aut maliti-  
am à cir-  
cumstantiis.* Objecies primò, Sanctum Thomam hic, q. 7. art. 2. affirmare, illa qua respectu actus externi sunt circumstantie, respectu interni esse objectum, ergo juxta S. Thomam actus internum, non à circumstantiis, sed à solo objecto desumit bonitatem & malitiam. Respondeatur probabile est Sanctum Thomam loco citato solum loqui de bonitate actus, non de malitia, circumstantie autem loci, temporis & similes, de quibus agit ibi Sanctus Doctor non refundunt bonitatem in actum, nisi per modum objecti, seu nisi ut rationes motivæ. Quod si quis contendat Sanctum Thomam indiscriminatim loqui tam de actu malo quam de bono, dici potest velle cum has circumstantias, ut refundant bonitatem aut malitiam in actum, debere esse vel formaliter & directè voluntas, ut in actu bono, vel interpretative ut in malo, tunc autem interpretative censetur aliquid volitum ut suprà diximus, quando est præceptum vel obligatio illud non faciendo, & tamen facit advertens circumstantiam illam sub qua prohibetur actio, licet illam non intendat.

## II.

*Obj. Ad hoc  
ut circum-  
stantia re-  
fundant bo-  
nitatem in  
actu suffi-  
cit quod sit  
materialiter  
volita, scilicet  
contingit in  
malitia.* Objecies secundo: ad hoc ut circumstantia augeat bonitatem, non requiritur ut voluntas in eam expressè feratur, sed sufficit quod materialiter & indirectè sit volita, sicut fatentur omnes de actu malo respectu malitiae: antecedens probatur, si quis enim alteri caput aperiat in foro, vel loco alio publico, & in magnâ hominum frequentia, ubi videt fore ut major illi ex actione illâ honor redundet, majorem meretur ab illo gratitudinem. Sic etiam si quis sciat ex suo studio multos ad Deum conversum iri, & accingat se ad studendum ex obedientia, actus studendi ob hanc circumstantiam prævisam plus habebit honestatem, quam non visâ illâ circumstantiâ habuisset, ergo bo-

nitas indirectè tantum volita refunditur in actum.

Respondetur negando primum antecedens: si-  
cut enim se habet simpliciter ad simpliciter, ita ma-  
gis ad magis: unde, ut suprà ostendimus, cum  
ad hoc ut actus simpliciter objecti boni honestati  
in se transfusam habeat, in objectum illud  
ferri debeat quâ taliter bonum; ita ut similiter an-  
tegatur honestas actus ex objecto, vel circumstantia,  
debet ea esse peculiariter volita; nec enim actus  
ejus habet majorem honestatem qui sanitatis causâ  
cibum relinquit, etiam si ille postea detur pauperi,  
& hoc ipse prævideat, nisi cù intentione cibum  
relinquat ut detur pauperi.

Ad ea ergo quæ in argumento afferebantur  
dico, si quis se ad studia illo modo applicans, aut  
caput alteri in publico aperiens, in primo casu  
aliud motivum non habeat, quâm obedientia,  
actus non habebit nisi honestatem obedientia.  
In secundò etiam casu si non totum illum hono-  
rem alteri quis intendat, qui ipsi in his circum-  
stantiis ex actione ejus resultat, actus non est  
honestior formaliter, quâm si privatum caput ei-  
dem aperiret. Existimo tamen vix unquam con-  
tingere, ut actus in hujusmodi circumstantiis, &  
cum illarum prævisione elicitus, non majorem  
inde acquirat honestatem; raro enim contingit,  
ut quis videns utramque illam honestatem vel utili-  
tatem in studio, obedientia scilicet & majoris  
honoris Dei, non illud propter utrumque moti-  
vum velit, nec ut caput Petro in loco publico  
aperiat, videns tantum ei honorem inde infallibili-  
ter præuentum, quin honorem illum inten-  
dat, sicut actus in his circumstantiis majoremut  
plurimum habebit honestatem.

Urgebis: una ex circumstantiis suprà positis  
erat circumstantia persona, sed hæc ut majorem  
in actum bonum honestatem refundat, non debet  
esse volita, operationes enim Christi erant per-  
fectissima, licet circumstantia personæ infinita  
in iis non fuerit volita. Sed contrà: hoc enim  
probaret has circumstantias, etiam non cognitas  
augere similiter honestatem actus, cùm nihilominus  
autores contraria sententia ad augmentum  
honestatis requirant ut circumstantie cognoscantur.

Dico itaque, licet operationes Christi in casu  
circumstantia persona ignorata, & consequenter  
non volita, æqualis forent dignitatis ac modi,  
non tamen habituras peculiarem illam honesta-  
tem, de qua hic loquimur, nempe moralem de-  
sumptam ab objecto, & circumstantiis scilicet ex  
parte objecti tenentibus: nec majorem in hoc ge-  
nere haberent honestatem, quâm si suffissent cum  
eadem intentione eliciti à puro homine, cùm ut  
objectum nihil refundant in actum, utpote non  
omnino cognitæ. Utrum vero opera Christi si  
persona sua dignitatem non cognovisset, dicinon  
debeant honestiora absolute actionibus puri ho-  
minis, questionem aliqui putant esse de nomine:  
quod dicimus est, circumstantias illas quæ se te-  
nent ex parte objecti, & cognosci debere, & ali-  
quo modo intendi ad hoc ut refundant majorem  
honestatem in actum, ut in variis exemplis vide-  
tur clarum: si quis namque det eleemosinam pa-  
renti pauperi, ignorans esse parentem, vel etiam  
sciens, non tamen intendens illi dare quia est pa-  
rens, actus majorem non habebit honestatem  
quam si is parentis non esset, nec in illâ largitione  
reperitur honestas pietatis, sed tantum charitatis  
erga proximum, ut suprà diximus, & per se vide-  
tur manifestum.

Circum-

III.  
Ostenditur,  
ad hoc ut  
circumstan-  
tiæ refuta-  
bonitatem  
in alium,  
dubitate  
peculiaris  
intendit.

IV.  
Studians  
sola virtus  
tia non ca-  
bit nisi ob-  
edientia  
obedientia.

V.  
Obj. cir-  
cumstan-  
tia po-  
ena, ut ho-  
nitas, in  
actum re-  
funda-  
dat, non de-  
bet nece-  
ssari esse voli-  
ta.

VI.  
Operatio-  
nes Christi in  
casu cir-  
cumstan-  
tia per-  
sonæ no-  
tata, scilicet  
volens in-  
finita.

Salvo dis-  
cussione:  
mais cir-  
cumstan-  
tia quæ  
se tenent ex  
parte objecti  
debere acti-  
vatu.